ren praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto totes quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac reali qua principaliter praemissis non completa complendisque praemissis citatus existens praenominatus Regnus Nobilis Kost Jarowski sive ipsius Successores ad Instantiam supra scripti Nobilis Stecho Jarowski Caetano syn obligatarii sui aut eius Posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere vadium praetactum loco Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem Causae Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Quietorem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem vero ultra proximos Terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis Dillationem ibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac earum prosequones faciendo ac praemissa omnia praenis simplicibus vel triplicatis Cautionibus Suspensionibus Fatebitis Juris praescriptione Terrestri bello conventioneque et aliis omnibus Juris remediis et defensis non evadendo nec quovis modo subterfugiendo Hac ma praesenti personaliter spontanea Regnorum ad praemissa omnia mediante.

Moszonski Consorti suae Reformat:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Ilko Hoszowski olim Nobilis Wasko Hoszowski Filius sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Tennae Zalokocka Consorti suae legitimae et ipsius Posteris Summam Centum Florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando Ratione verae Dotis et expeditionis ejusdem de bonis Paternis et Maternis Cracoviensibus cum eadem Conte sua Leuaca et in domum suam importatae Tum et aliam similem Summam Centum Florenorum pecuniae polonicalis ratione veri Justi et liquidi Dotalicii in et supertota et integra medietate omnium et singulorum Bonorum suorum Terrestrium et obligorum Mobilium et Immobilium ac Summarum pecuniarum tum Auri Argenti Clenodiorum Unionum Vestium Vestimentorum pecorum pecudum Equiveae ac totius suppellectilis domus nunc habitae et in posterum habendae dedit dotavit dotaliciavit inscripsit et reformavit prout praesentibus dat dotat dotaliciat inscribit et reformat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum

Bonorum

Bonorum suorum eadem Nobilis Consors sua cum omni eorundem Bonorum Jure Dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentijsque et pertinentijs generaliter universis nihil excipiendo tenebit habebit possidebit illisque pacifice et quiete ut fruetur Jure ac more aliorum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum.

Dobrzanski Conti suae tenetur:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Perfirius Dobrzanski sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Catherinae Filiae olim Nobilis Basilij Terszowski Consorti vero suae legitimae eiusque legitimis Successoribus Summam quadringentorum Florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando Certi veri Justi et liquidi Debiti numerasque per se Recognoscentem apud ipsam pecuniae teneturatque Debet. Quam quidem Summam supra scriptam Quadringentorum Florenorum pecuniae polonicalis idem Regnus Nobilis Dobrzanski se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis memoratae Nobili Catherinae Terszowska Consorti suae ut Creditrici eiusque legitimis Successoribus inscribit et obligat praesentibus hinc pro die et Festo Conventionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem Officio non effidere nec arestare vel alio quovis modo impugnare Jus tuo vadio similis Summae aliorum videlicet quadringentorum Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Regnum Nobilem Perfirium Dobrzanski sive ipsius Successores praedictae Nobili Catherinae Terszowska Consorti suae eiusque Posteris ob non solutionem Summae praefatae principalis et essentialis Debiti pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro Summa ipsa principali non soluta solvenda Citatus extra praenominatus Recognoscens Nobilis Perfirius Dobrzanski sive ipsius Successores ad Instantiam supra scriptae Nobilis Catherinae Filiae olim Nobilis Basilij Terszowski Contra vero suae Ultimae aut eius Personam ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere vadium praetactum loco Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem Causae Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad